



Oecastichon in peregrina-
 tionē ad sanctum Philippū confessa-
 rem: Ecclesie collegiate Cellē
 sis patronum ⁊ plan-
 tatorem primo
 genium.



Huc properent omnes ex christi gente fideles:
 Huc peregrinorum concio tota fluat,
 Huc properet cecus; claudus; surdaster; & omnis
 Quem vel deficiunt organa; vel cruciant,
 Huc properent omnis sexus Iuuenescq; senescq;
 Passio quos torquet corporis atq; anime,
 Huc properet coniunx sterilis vel uterq; vel alter:
 Qui prolem affectat multiplicare suam,
 Ad confessorem cuius miracula Philippum
 Declarant sanctum plura fuisse virum,
 Ad cuius sunt membra preces egrota saluti
 Donata; officijs & reparata suis,
 Ad cuius merita est prole vxor sepe potita:
 Aspectu & nati letificata sui,
 Ad cuius legitur sedata podagra rogatum:
 Quam medicina hominis tollere nulla potest,
 Sed de corporibus quid dicere plura necesse est:
 Quando quidem longe sit caro mente minor,
 Sepe autem nostro hoc interueniente Philippo:
 Christicolis animis est data & aucta salus.



Kalendis Februarijs
 Anno dñi, M, D, XVI.

Sāctus **Philippus** natione An-
 glicus / ob Amorem Christi / Senus ⁊ Patriā re-
 liquit / Romam adijt. ⁊ limina beati Petri Prin-
 cipis Apostolorū Tempore Pippini Francorum
 Regis: q̄sivit. Post dñi Natiuitatē Anno 1200



H. G. sculpit. Sct's Philippus.

Incipit prologus de vita vel actibus Sancti Philippi Confessoris: diuiniq; Sacerdotis.



Vrorū illustriū vitam atq; actus: simul
q; doctrinā scribere mos antiquus &
cōsuetudo ecclesiastica ē: vt dū eorū
cōuersatio atq; pietas fidei, a posteris
legēdo dinoscit: ad imitationē eandē
animi audientiū excitetur. Ideoq; cō
siderās profuturū pfectū animarū: ra
tum duxi, ea q̄ de beato Philippo ab incolis loci illi, & a
discipulo eius Horoscolfo presbytero didici: literis pos
teris commendare.

Incipit vita Sancti Philippi Confessoris Christi.



Vit siquidē vir sc̄tissimus Philippus gñe An
glus, trāsmarinis insulis ortus. Sed q̄a spūssan
cti donū: animū dū cuiuslibet tetigerit/in diui
no amore ardentē reddit. Beatus igit̄ Philip
pus nimio inflāmatus amore christi / genus patriāq; re
linquēs: Rhomā adiit, limina beati Petri p̄cipis ap̄lorū
q̄siuit, ibiq; diu in sc̄tā cōuersatiōe dño militās. iubente
ap̄lico papa inuitus sacerdotij onus suscepit. S; sc̄tūs Phi
lippus vitā remotiorē multū hiāter diligēs Romā reliq̄t.
& galliāq; ptibus lustratis/reperit locū: qui nūc Cella vo
citur. Qui situs ē locus in pago Nahgowe. Potiebatur
tūc t̄pis gubernacula regni frācorū Pippinus gloriosissi
mus atq; p̄ssimus rex, cui successit Karolus primus. Nē

pe iam dictus vir accensus amore cœlesti; theoricā cœpit amplecti vitā, imitatus Paulū heremitā & Arseniū magnū. Erat em̄ animo cōstans; in ope dei sedulus; in orōne puigil, in ope hilaris/ in humilitate deuotus; in verbis pacificus; In factis honestus; corpe castus/ in charitate dei & proximi sufficiēs. Nō eum corpalis voluptas euertit; nō ambitio seculi decepit; nō tristitia pusillanimē reddidit/ non leticia immoderatum fœcit.

De edificio eius.



NEc p̄tereundū sane q̄ idē beatissimus vir oratoriu sibi met faciens in honorē sancti Michaelis construxit cellulam, fœcitate ortum arboribus consitum, Eratq; illi socius Horoscolfus supe

rius iam dictus, qui etiã cū illo a puericia dño militauit,
 Sed dñs qui milites suos honorare nunq̃ distulit, coepit
 foris p̃ exhibita miracula qualis introrsus esset ostēdere.

Iniciū Miraculorū de quibus



Primū etem̃ ceperūt illi Auicule indomite ad ma-
 nū occurrere illicq̃ cōgaudere, Quibus ille victū
 manu propria tribuens hilares abire sinebat

De Leporibus.

Nam & lepores saepe veniētes ad eū: lígebāt pes-
 des illius, Quos ille blande demulcēs; redire ius-
 sit, Non mirū, Obtēperabat em̃ in omnibus diui-
 nis p̃ceptis, q̃ obrē & irrōnabilia aīalia cōgratulabant̃ ei,

A iij

¶ De duobus Bobus suis seu uaccis.

N Et hoc sub silētio reticere possūz. quod pluribus in propatulo ē. Ferūt siquidē hi quibus plenissime notū est habuisse bt̄m virū boves duas propter diuersas necessitates. sed venientes fures; nocte furati sunt illas. Totam ergo illā noctem iter agentes; itinere nimio fatigati sunt. & ad hostiū ipsius cellule cum ipsis bobus quas furati sunt; mane reserti sunt. Qui nimio pudore perfusi. facti viri genibus prouoluti. dixerūt. quantū per totā illam noctē laborassent. Quos ille benignissime alloquēs & exhortās ne de nouo talia cōmitterēt/dato cibo habūdanter abire pmisit. Euāgelicus siquidē vir non immemor p̄cepti dñi ubi ait Diligite inimicos vestros. bñfacite his qui oderunt vos; vt sitis filij patris vestri qui in celis est.

H Nterea accidit. vt eius sancta & salubris cōuersatio. huc atq; illuc p̄ multorū ora volitaret atq; ad noticiā cuiusdā potentis. eius sublimis fama perueniret. Qui abiit. & eius cellulā ingressus locutusq; cū illo familiaris vt sibi fieret de p̄cabatur. Sed & cōfessionē suā sicut mos ē sacerdotibus dare. sic illi dedit. Fueruntq; multo tpe cōnexi amore diuino. Vnde factū est vt sepius ad eū veniret. & illius sancto fruere alloquio. Ipse vero amicus illius prapotes inter ceteros optimates Pippini regis. illo in tpe fuit. Quippe cū esset instructus ex colloquio viri dei cepit deum diligere atq; timere totāq; spem suam in deum ponere.

¶ De eodem.

O Eniq; cū hec & alia q̄ plurima bonorū opa sc̄tus vir dñi Philippus pficeret & multos suo exēplo ad pium opus diuini p̄cepti informasset. dñs Iesus christ⁹ pius in retributionē. famuli sui merita: post ei⁹ obitū māifestare nō distulit. Nā cū febre arrept⁹ eēt sc̄torū āgelorū choris. clemētissime aiām ei⁹ sc̄tām celo suscepit

De eodem.

Fratres vero sancti viri qui cum illo fuerant paraue-
runt tumulum & lotum sanctum corpusculum in fere-
tro posuerunt. Diciturus sum enim quod forsitan apud
impios & infideles incredibile fore videbitur. Adiuuante
autem gratuita & multimoda clementia christi, a quibus hoc
nobis relatum est/plurimi presto sunt testes. Nam venit ius-
sio regalis ut omnes in prelium pergerent franci. Unde contigit
amicum viri sancti, cuius superius fecimus mentionem,
cum ceteris sociis iter arripere. Nesciebat enim quod defunctus
esset amicus illius, vir domini; Sed iam cum iter facere debuisset;
occurrit ei ad memoriam, quod benedictionem hominis dei sicut
consueuerat non accepisset. Coepto quoque itinere; venit ad Cellu-
lam. Inuenitque corpus sancti iacens in feretro, Illico ipse ni-
mio animi dolore proculsus. lachrymabiliter atque flebili
voce eiulans, clamare coepit. Heu heu pater nunc sine be-
nedictione tua, iter agere consueui. Tua nepe benedictio mi-
hi clipeus & galea fuit. Sed dominus qui mortificat & viuifi-
cat/deducit ad inferos & reducit, illic sua mirabilia inno-
uauit. Animo enim eiulatu illius sanctus qui fuerat mor-
tuus erigens se, resedit in feretro, sicque alloquitur amicum. Per-
ge inquit, prospera deo opitulante, omnia tibi erunt. Tamen memeto
loci illi dum vixeris, Sanus enim ibis, sanusque reuerteris. Et
benedicens illi, reuersus est ad feretri caput. Fratres autem accep-
to corpusculo, in tumulum quod illi parauerant, posuerunt eum

De obitu Hroscolfi.

Hroscolfus autem socius & condiscipulus homi-
nis dei multo tempore in religioso habitu & sancta con-
uersatione, viuens, cum esset centum annorum, obiit domino.

Incipiunt miracula post obitum
de pomis in Arboribus.



Nec pretereundū sane qđ deo reuelante de miracu-
lis beati viri cognouimus. Post obitū vero illius
contigit vt quidā hō iter faciens, sine bñdictiōnē,
& licētia de pomis in arbores quas beatus vir plātauerat
manū extendēs accipet, sibiq; in os posuit vt comederet,
sed nec interius deglutire potuit, nec foris reijcere. Vnde
cū summa celeritate currens ad sepulchrū beati Philippi
ensem simul & sagum posuit, & domino opitulante pri-
stinam sanitatem recepit.

De pomis in orto.

Siquidem & alius de incolis loci illius sicut relatū
nobis cognouimus ad eundē ortū sanctissimi vi-
ri vt poma furtim tolleret venit, Saccū ex pomis
repleuit & super lumentū posuit, sed ea poma que accē-

perat, domū non detulit, Nam lumentum illius ilico cre-
puit, & vitam finiens mortuum est.

¶ De Muliere ceca.

Aliud miraculū ratū scribere duximus, quia præ-
sentē testē noīe Enthardū nobiscū habemus, Re-
fert quoq; q; fuerit, ppe ipsius beati viri Cellulā,
mulier quedā longo tpe ceca, que nunc vsq; in carne vi-
ua esse asseritur, cui nomē ē Godhildis, Hec ex voto ad se-
pulchrum iam predicti sancti veniens, lumen qd' amise-
rat, domino iuuante recepit.

¶ De Campanatore Ecclesie Cellen. Et de cantu Angelorum

Magnam rem & sublime miraculū scripturi, sed
plurimorū veraciū testimonio suffulti, nō perti-
mesimus ea scribere, que ex ueritate reperimus.
Fuit etem Custos ibidē eiusdē sancti viri Oratorij in laica
li habitu cōstitutus, noīe Luitbaldus, Qui longo tēpore
inibi degens, Cellulam custodiebat; & luminaria in ipso
oratorio certis horis facere debuerat, Accidit aut vt qua-
sdā die, ppter necessitatē frigoris, iuxta focū sederet, vt ca-
lesceret, Sed modica scitilla de igne in femoralia illius vi-
delicet iā memorati viri insidēs adere coepit, Quā ipse cū
summo nisu & magno certamine extinguere satagens,
nullatenus valuit, Sed magis magisque flāmarū, tā ipm q̄
& vestimentū circūdederat globus, Cucurrit clamitans,
& in aquā semetipm proiecit, sed nihil illi, pfuit, Adhuc
em̄ & maiorē penā sustinuit, Quid in longū prosequar,
Tres siquidē dies miserrim⁹ hoīm tali incendio cōcrema-
tus, in cinere penituit, qd' negligendo deliquit, Inter ipsa
autē incēdia qbus vrebatur interrogatus a multis, cur ta-
liter cōcremaret, confessus ē q; illuminaria que ibi facere
debuerat, negligēs extitisset, ¶ Professus ē etiā se multo-
tiens voces ibidē canentiū angelorū audisse, Sed & dixit,
¶ Sepe in nocte in eodē oratorio inter nebula q̄ ibi prop

B

ter suā negligentia sepe fiebant, se speciosissimas vidisse colūbas. Asseruitq; qd & luminaria p se sepe incēsa inuenisset. Protestabatur hec nobis siquidem ille qui dño largiēte per seruū suum illi sanitatem donare disposuit

¶ De Infirmo.

Siquidem Willibertus quidā sex ānis arido corpore atq; dissolutus mēbris, necnō amissovnius oculi lumine, illuc plenus fide ex voto seduci iussit. Cūq; in oratorio vbi idē beatissim⁹ humatus iacebat, pernoctasset, integram sanitatē promeruit luminis, & gressum rectitudinis

¶ De Vino in vase.

Rosequar et illud quod reuelate nobis viro Relligioso monacho atq; p̄sbytero, noīe Wacario cognouimus. Quodā autē tpe Warinarius cū exercitu magno, vxorē suā secum in comitatu habēs, ad eandē Cellulā gratia orationis venit. Sed cū esset militibus p̄potētibus sicut iam p̄missi suffultus cū nimia multitudine populi, que secū affuit, mansionē sibi parare iussit. Erat em̄ in eadē Cellula paululū vini in vase vno. Nā & ip̄m vas, sicut refert iam dictus monachus & p̄sbyter tertia parte vacuū erat. Bibit exinde ipse Warinarius, biberūt & amici, & cuncta familia eius, & oēs ministri illius, pene vsq; ad plenissimā saturitatē. Similiter & in craftinū, qm̄ ibidem per totā diem cōmoratus est. In tertia vero die ipso iter arripiente, iam dictus monachus cellarium ingressus, ip̄sum vas redundans reperit; ita vt foras efflueret.

¶ De febre.

Moderno nāq; tpe actū est, qd̄ minime reticere sub silentio debemus. Hartnandus siquidē monach⁹: natalibus valde sublimib⁹ ortus, cū triduana febre longo tpe laborasset; & in tantū eum febris sublata virtute debi

litasset vt p̄ se minime incedere valeret, ex voto ad oratori-
um sancti viri se deferri iussit, Ibi ergo domino largiente,
ob merita beati scilicet Philippi pristinam sanitatē vt op̄-
tauit, dulcem in medullis recepit.

¶ De Caballo in Dito.

NE hoc sub tarditate eloquij abscondendum est, q̄
monachus noster noīe Dassilo, cū obediētīe grā
illuc directus fuisset/in comitatu suo vnum ex fa-
milīa n̄ra secū habuit/noīe Regingarium. Et cum perue-
nissent ad iā dictum locū; idē Regingarius cernit in orto
herbā ad pastum valde bonā, caballūq; suū intus misit/
eumq; vt pasceret reliquit. Sed ille ilico tāta violētīa som-
ni arreptus ē, vt tres dies cōtinuatos, tresq; noctes ita dor-
miret vt vix ab excitātibus quarto die a somno eriperet̄.
Ille aut̄ dans gloriā deo; cōfessus ē q̄ ob contemptū hoīs
dei temerarie deliquisset in orto, graui quiete corpīs per-
soluisset. Taliq; correptus increpationē, spondit se in
futurum, a mala peccati quiete euigilare.

De translatione sui corporis

Corsū etiā atq; breui sermone miracu-
lis q̄ dñs per seruū suū fieri decreuit, de inu-
merabilibus: paucis descriptis, ad ea narrāda
nos q̄uis rustice ptulimus, q̄ post trāslationē
ipsius corpīs gesta veraciter scimus. Placuit etiā fratrib̄
oībus, vt ob incōmoditatē aeris, tūc t̄pīs instātem, sanctū
illius corpusculū, processionis grā/ ad vicinia trāsporta-
retur monasteria. Quā ob rē/ directis illuc monachis, &
sacerdotibus, & diaconibus, & alijs ex Clero Iussū est
vt ad hoc idonea hymnis & diuinis laudibus sancta exer-
cerēt seruitia. Sed hi illuc veniētes, tumulūq; aperiētes tā
gratissimo/ tāq; suauissimo odore se repletos fore asserūt
vt nō antea vllus illorum talem odorem se sensisse dicat

B ij

¶ De Pluuia.

ERat aut tunc tps inundatio pluuiarū valde gra-
uis. & imber nimīū ipportunus. Sed dñs qui meri-
ta seruorū suorū recōpensari benignissime nouit
vbicūq; corpus beati viri ductū est / tantā serenitatē ad e-
se cōcessit vt nec palliū qđ sup eum fuit / vllō mō vel gut-
ta minima tāgeret. vt quasi roratū vel modicū appareret.

¶ De Lutera et de obsessa Muliere

QUoniam venissemus aut apud sanctissimū corpuscu-
lum ad locū qui dicitur Lutera. occurrit nobis que-
dam mulier / hñs spm̄ immundū. Qui elidens eā
in terrā. multū discerpfit. Nos autē hęc vidētes. orauim⁹
dñm qui opatur mirabilia p seruos suos. Ita & p famulū
suū Philippū. mulieri ppriā recuparet sanitatē. Qđ ita fa-
ctū est Sana em̄ & incolumis / ad propriam redijt domū.

¶ De Custode et de Lignis.

ERM aut eius corpusculū venerabile ad mona-
steriū suū vnde sublatū est. reportatū venisset /
atq; in Basilica q̄ in honorē sancti Saluatoris
cōsecrata dīnosciū positum esset. Indigebat Cu-
stos ecclesie ligna ad luminaria cōponēda. iuitq; in siluā
que iuxta Ecclesiā illā; tunc coelo iminebat. celsiq; arbori-
bus fœcit cōgeriem. Cū deficiēte quoq; diē nō posset do-
mū ipsa ligna adducere. vsq; in crastinū voluit sustinere.
Sed quidā alienorū Raptor ex familia scilicet q̄ iuxta mo-
nasteriū cōmanere videbat. hoc sciens in noctis quiete il-
luc vsq; pperans. quatinus cū onusto vehiculo / furtiuū
lignorū reportaret domū. Quibus ita pactis / par boū ad
iunctū / haud potuit de loco vel mouere vehiculū. Ille au-
tē abiens quasi furibūdus / iterato alias duas boues addu-
xit vehiculo q; applicuit. Verū vt equū fuit immobile re-
māsit. Ille aut repugnās iusticie / existimabat q; ideo imo-
bile vehiculū pmaneret. q; nimio lignorū pōdere aggra-

uatū fuisset; aggressus medietatē deposuit. Sed tñ vt prius fuit, immobile pmāsit. Tūc demū cum vehiculo; domū reuersus ē vacuo. Quid in hoc facto, sanctū dei virū Philippū nobis innuisse, pfitemur, nisi hoc q̄ quasi vnūquē q̄ moneat ne aliena diripere debeat.

¶ De oleo nēdico quod ille deglutire nō potuit.

G Estū esse & aliud ibidē miraculū scimus, qđ vt credimus fideliū auribus detrahare nō debemus. Nē pe vnus ex nostra familia. a Custode ipsius ecclesie quid dā ex liquore qui ibi ad luminaria excitāda p̄sto aderat, illi vt dari debuisset rogauit. Fœcicit custos sicut ille postulauerat, deditq̄ liquorē pro p̄cio qđ attulerat. Nā ille rusticus, p̄ aruina quā petijt, duas maures supradicto custodi obtulit. Quo percepto, prexit hō ad domū suā. Cum autē tēpus prandēdi aduenisset, iussit sue vxori de eadem pinguedine in sartagine sibi victū parare. Quo decocto & allato, mulier porrexit marito. Hoc autē cū ille in os mitteret atq̄ comedere debuisset, nec interius deglutire, nec foris reiċere potuit. Sifr & mulier de eodē victu p̄cipiens/ simili pœna plexa est. Nec nō quicq̄ ex familia eius de iā dicto cibo gustauerūt, intātum cruciati sunt/ vt in illa nocte nullū vel potum p̄cipere possent. Vñ factum ē vt mane facto ad monasteriū sancti viri p̄currerēt. Ibiq̄ vnanimō confessionē acciperēt, & sanitatē pristinam recuperarent redditis q̄ inde trāstulerāt. Nam quisquis peccatorē cōpunctione tactus, vere penitentiā egerit; sanctorū meritis in anima & corpore incolumis erit.

¶ Conclusio

M Vltā quidē nos scribere posse de vita & virtutibus beati Philippi, pfitemur, s̄m id qđ nobis relatum a viris religiosi cognouimus. Sed ne stilus in lōgū porrect' fastidiū legētib' ingereret finē loquēdi fecimus

¶ Sequitur Commemoratio Signorum.

B iij



Via ut diximus plonquū est dinumerare, quan-
 ti ad sepulchrū sacri corpusculi scilicet Philip-
 pi ceci illuminati sunt, quanti a demonū infc-
 statione erepti, quanti cōtracti recti, quanti q̄
 surdi auditui restituti, & a varijs infirmitatibus, q̄ pluri-
 mis quoq̄ febribus liberati, eorū quoq̄ possumus tantū
 noīa scripture cōmendamus. Waniche & Hugibalt infla-
 ti, a demonū infano, liberati sunt ibi Ratri/ & Ratgart, &
 theganger contracti, regressi sunt inde erecti, Isti aut̄ sūt
 qui illic lumē receperunt. Willisint illuminata, Herihilt,
 & risonbita, Hilttwart & regniger, Wiltbalt & dagewin
 illuminati, Valsmut & Wanrat, Megindrud & Hilderat,
 Knadheit & madalhilt, Erpfuar/ & Hildibalt de pcep-
 tione amboꝝ gauisi sunt luminū, Similiter Humbraht/
 & Wolfgari, de eadem re, scilicet oculoꝝ largitate effecti
 sunt loeti, Item Madalhilt & Kello, Eliwib, & Willidrud,
 Willihartq̄ consolati sunt visionū dulcedine, Due aut̄ fe-
 mine ut scimus, ibi sunt illuminate, nec non vna cōtracta
 erecta/ sed nos nō tenem⁹ illarū noīa, ¶ Engelsuuit aut̄ ce-
 ca cū illuc ad monasteriū p̄paret deuota in via ē illumiata
 ¶ Facta autē sunt hæc in mente, cuius vocabulū ē Oflin
 apud villam que dicitur Cella, iuxta fluuiū qui vocatur
 Primma, Apud æternū patrem/ & sp̄m̄ sanctum, regnan-
 te dño nostro Iesu christo, qui in cuncta secula viuit & re-
 gnat simul vnus tota trinitas deus Amen.

monde

**Incipit Editio cuiusdā catho-
 lici p̄sbyteri de Inuēctione corpis sancti Philippi.**



A anno igitur tertio imperij secūdi Ot-
 tonis Cæsaris, erat quidam Hornbahcensium
 abbas, christiana quersationē, sanctissimus no-
 mine Adelbertus, Hic etiā dei gratia plenus,
 ex iussu vel sacro consilio Ottonis filij Conradi magni/
 & famosi ducis, dei confessoris Philippi monasterium/

ex vetustate destructū, coepit renouare. Cūq; plurima arte & utili prosperitate pium opus cōpleisset: mirari coepit quia non certe sciuit vbi beati Philippi corpis reliquie iacerent sepulte. Nam ex negligentia olim precedentiu patrum, pene per totum labefacta memoria, populorū plurimi dubitabāt, vtrum adesset aut non fuisset. Tūc missa legationē, idem Abbas ad Rubertum Mogontie ciuitatis Archiepiscopū, quia in eius parrochia fuit: licentiam ab eo inquirendi mysterij, vt petijt impetrauit.

Heste rei Narratio.

Quadam autē die supradictus abbas Adelbertus volens desiderij sui votum perficere sibi fidos ex apparitoribus suis sapientes: clericos vel laicos, adesse cōstituit. Quibus presentatis / sacramentū qd' Archana mente cogitauerat, occulte indicauit dicēs. Fratres vos optime scitis q̄ studiose huius ecclesie fundamenta ponerē, & iam cōsummato ope ad finem vsq; perducerē. Sed restat adhuc quatinus iuxta iudiciū Archiepi inquiramus, vtrū beati corpis thesaurum inuenire valeam⁹. Et cum esset iuxta predestinatū ad inquisitionē paratus, de inuentionē, autē ambigimus, interposuit iusiurādum, q̄tinus si non inuenirēt / hoc cuncti sub silētio tegerent. Si autem voti cōpotes extitissent, id ipsum aperta ratōe omnibus manifestarent.

Ite de Inuētiōe scti Philippi.

Vespere autē iam facto, Abbas dei sapientia repletus vocatis ad se suis optimatibus, finxit in crastinum: seipm ad alia loca transiturū. Precepitq; eis vt ad tabernacula sua pficiscerētur cuncti / & mane diluculo secum ire essent parati. Hoc quoq; argumēto cum cunctos eijceret data est ei a deo facultas vt inquireret. & quesitū inueniret, sicut in euangelio dñs dicit Querite & inuenietis. Nam cū iā medja nocte oīm corpora alto so

pore quiescerent cū suis fidelibus ecclesiam ingressus est
Et in primis: sicut quōdā de inquisitionē, ligni vite Iudas
quiriacus fœcit, profusis lachrymis, & viribus cunctis/
deum omnipotentē exorauit vt sibi sacrū thesaurū terræ
commendatū ostenderet, Cūq; ab hac oratione cōsurge
ret, socijs cœpit assignare locum: vbi sanctū sperabat esse
corpūculū sepultum, Illi vero vigilantī studio terrā ag
gressi, viriliter fodere cœperunt, Et cū paulatim in altum
tetēderent/magnorū lapidum inuenerunt aceruū, Quos
cum euellerent, viderunt sarcofagum iā bona pte nuda
tum, Isti vero manibus, abbas quoq; indefessis precibus
laborauit, Tunc demū qdā ex illis presbyter & sacer mo
nachus: Baatdo noiatus, summa veneratiōn, accedēs: la
pideum aperuit tumulū, Cūq; interius aspiceret: inue
nit lineum scriniū, & in eo pallio inuolutū totum sanctū
Philippum, Odor autē tante suauitatis de sepulchro exi
uit/vt si adesses: aliqd' spiritale vnguentū de paradiso ob
latum crederes, Qd' cum beatus Abbas vbi oratiōis gra
tia prostratus ad terrā iacebat naribus sapet, surrexit, &
pariter cum dei timore & amore/humiliter tantū myste
rium venit videre, Cum autē diutissime tā sacra & insatia
bili visione oculos pascerēt, atq; totam animā tanto gau
dio inebriarent, ipse abbas spūsancto afflatus magno cla
more instituit hymnū, Te deum laudamus, Ex hoc itaq;
strepitu ecclesiæ custodes vicini vel aliū populi q̄ pluri
mi expergefacti, cœperunt simul ad ecclesiā concurrere,
& quid hoc facti esset inquirere, Cūq; veritatē rei cōpre
henderēt, miro gaudiū amore cœperunt noctem illam in
dei laudibus honorifice vsq; ad diem deducere.

Incipiunt Miracula, De
Ancilla contracta / 7 de Duis.



Facto autē die sanctus Philippus quasi de graui somno excitatus, in dei virtute cœpit noua signorū miracula opari. Nā in proxima villa que dicitur Wahenheim: fuit cuiusdam thiedonis ancilla, que ex multis retroeūtibus annis toto corpore erat cōtracta. Cōtiguit autē q̄ hęc eadē ab aliqua vicina sua falso argueret̄ pro indebito crimine furti. Publice em̄ increpauit eam, q̄ sepissime furtim detraheret sue oua galline. At illa corā his qui aderant nīmīū de talibus verbis confusa, tali imp̄cationē, constrinxit se. Sic me inquit om̄ipotens deus per sc̄m̄ suum Philippū: quem hodie dicūt reuelatum ab hac corporea infirmitate eripiat, vt pro hoc furto de quo me arguis: esse indebitā sciat. Cū q̄ sub tanto iudicio sibi talia fieri adoptaret, subito quadam spiritali virtute p̄fusa, corā his qui aderāt, incolumitate comite surrexit illesa. Qd̄ cum audiret dñs eius, glorificauit deum p̄ sc̄m̄ salutis huius auctore Philippum. Tunc cōgregata multitudīne ciuū ad monasteriū perrexit, ducens secum sanum mācipium / in verū facti miraculi testimoniū. Et ingressus ecclesiā, pro sanitatis accepto beneficio eandē ancillā tradidit sancto Philippo, quatenus vnoquoq̄ redeunte anno / duos denarios ad sc̄m̄ altare p̄solueret, & cum progenie in futurū libera foret. Hoc quoq̄ initium signorū / cum beatus abbas cerneret sociata fratrū multitudīne, iterū cœpit deū ex toto corde laudare, q̄ p̄ innouata miracula semp̄ sc̄orū aperit merita

¶ De Muto filio



Cum autē huius signi miraculū / vbiq̄ fama loquax celeriter deportaret: in pp̄inqua villa que dicitur Niüera: fuit quedā foemina vnicum habēs filium, quē ipsa genuerat mutum. Hęc ergo cōuocans suas vicinas / sic inquit ad illas. Quare negligimus nos ad Cellā venire: & aperta miracula sancti Philippi laudare? Ex hoc itaq̄ sermone filius eius quasi innate infirmitatis oblitus /

dissoluto lingue vinculo ait ad eā. Mater mecum veni ad Cellā sancti Philippi. Hoc itaq; primo vel solo sermone cōpleto; ꝑticuit. Mater autē inter spem & metum dubia; venit ad monasteriū/ducēs secum filium suum. Et qualiter actum sit; corā oīibus indicauit. Tunc abbas futurorum ꝑsciis miraculoꝝ; iussit suscipi puerum; & deduci ante sepulchrū sanctum. Hic etiā cum quasi vna hora, ꝑstratus iaceret perfusus de sepulchro scatēti virtute erexit se & itegro sermone cepit deum magnificare. Interea cūꝑcti qui aderāt pro iterato miraculo/deum laudabāt. Mater autē sanum suscipiens filium; læta regressa est domū.

De Muliere a pueritia ceca .



Eodem itaq; mense quo reuelatio beati corporis facta est, quadā die preeunte duce/ venit illuc q̄dam mulier decrepita senectute; iā a puericia caeca. Que etiā cum orationis gratia p̄strata iaceret ante sepulchrū beati Philippi; cepit illuminari. Illa autē p̄cepta oculorū claritate gaudebat quidē de lumine. verū etiā timebat, quia de foeminea arte operādo victum non sciuit querere. Despabat em̄ si videret; q̄ ei nullus elemosynaz quā peteret daret. Tali itaq; cogitatiōe cōfusa & p̄ accepto beneficio ingrata, occulte conuocās p̄cursorē suū; sic ait ad eum, Precede vt sequar te. Cūq; longius p̄cederent de villa/ iterū ad precedentē puerum ait, Recede a me quā amplius tuo nō indigeo adiutorio. Ille autē inscius quid ei cōtigerit; ab ea iratus lōge recessit. Illa autē ingrata deo & viatori suo; cum sola singulariter debuisset incedere/ coepit iterū detracto lumine nihil videre. Egressi autē populi de eadem villa; inuenerunt eā errantem in mediā via. Quā cum interrogarēt quid ibi fecisset; id qd̄ verum fuit totum respōdens nunciauit. Illi itaq; cū hoc auscultarēt; adduxerunt eā iterum in sanctū monasteriū. Ipsa autē cū illic ante salutiferū sepulchrū lachrymādo clamaret, Sancte Philippe adiuua me, secundo iterum cepit clare videre. Tunc omnes qui aderant/ mirando deum laudabāt; q̄ in vna eademq; re duo signa facta videbant.

De quodam Claudio

Edem autē abbas cuius mentionē foeci superius; cum quadā die orationis gratia ante altare p̄stratus iaceret, multitudo infirmorū spe percipiende salutis circa sc̄tm̄ discūbebat sepulchrū. Inter quos iacebat vnus; annosa debilitate cōtractus, is etiam cum plurima orationis verba multiplicaret de tumulo erumpente quadā virtute infusus; nimis estuare coepit angustijs. Ad hunc ergo cū beatus abbas aspiceret; quasi ex magno labore vidit eum sudare. Tunc misso capellano suo; didis

cit quid ei cōtigerit. At ille de gelido fonte sibi potū petit porrigere. Quo oblato: cum se recrearet: relicto baculoꝝ rum sustētaculo/exiliens incolumis stetit corā sancto sepulchro. Tunc quidā de circūstātibus accessit: & ei tale consiliū dedit. Suscipe inquit frater geminos baculos iterum: vsq; dum cōfirmata virtute potius possis / & discas ambulare. At ille quasi indignans: ait ad eum. Nunq; in eternum eos suscipio. sed pro illis relictis om̄ipotēti deo gratias ago. Et cōpleto sermone: cepit huc illucq; sanus discurrere. Qd̄ cūcti q; viderāt: dei laude celū pullabant

¶ De viro ⁊ uxore eius contracta

FActum est autē in vna quadragesima venit illuc quidā pauper mendicās ipse in curru trahēs vxorem suā/ex vetusta infirmitate cōtractā. Que etiam cum de curru deposita esset: om̄ibus mēbris quasi lapsis māsit immobilis. Hanc em̄ quotidie suus adiutor suscepam/deportauit in ecclesiā. quatinus illic a dei confessore Philippo medicinā sanitatis & a populo ad adorandū veniente/sibi peteret elemosynā dari. Cōpletacq; missarū solēnitate: cōiunx exaltatum cadauer / ad dorsum detulit domū. Interea autē in sancto sabbato qui ē ante pascha: p̄ acto ad eandē diē ptinente officio: vt ecclesiastici moris ē consuetudo sacrosancta mysteria cuncti acceperūt a presbytero. Inter quos vt ceteri illa accepit sacramētum sanguinis & corporis dñi. Qd̄ cum āte altare ore susciperet: & interius deglutiret: sibi quasi oleum in ossa & neruos diffusum/gratā sanitatē suscepit. Id etiā cum illa in corde leta sentiret: tacuit. & hoc adhuc his qui presto erant indicare noluit. Sed iterū sapienter simulata infirmitate: sicut prius domū portatā cōiuge. In p̄xima autē dñica nocte: dum in eadē domo cuncta familia dulci somno quiesceret: iamica discessiōe occulte surrexit. & si qd̄ sola posset incedere: diligēter tētauit. & tota nocte discens cōponere gressum sereno corde dei cōfessorē inuocauit Philippū.

quatinus cōfirmata salute suum cōpleret inceptū. Cūq;
vt ad matutinas pcedere debuissent cuncti cōsurgerent;
accēso foco/inuenerūt eā deambulante in media domo.
Hanc itaq; cum corā se viderēt deambulare; nimio pauo
re pterriti/sic inquit ei. Quis medicus ab ifirmitatis hu
ius vinculis te absoluit? Aut quis tibi huius salutis dona
cōcessit? At illa repetēs cuncta ab exordio indicauit; qua
liter pridie inter sacrosancta mysteria añ altare solutis ner
uorum nexibus absolueret a medico sancto Philippo.
Tunchi rñderūt illi. Quare inquit hoc nobis statim nō
indicasti? At illa. Nō audebā ait prius hoc diffamare q̄ sa
perem; si bene ex ppria virtute possem incedere. Tūc ac
cipiētēs eā; duxerunt ad ecclesiā. Cum cōuenissent autē
populi ex tantī signi fama vocati; corā oībus data ē ei san
cta crux in manus vt ad pcessionē cunctos pcederet pti
nus. Illa em̄ de recepta sanitate gauisa; bñ cōposito cursu
precessit multitudinē; pio corde & alta voce p p̄senti mi
raculo deum laudantē. Ecce horū ego ipse que scribo tes
tis existo. quia presens affui. & qualiter actum sit; oculis
meis conspexi. Et si meis verbis incredulus existis; p̄dē
tē currū ante ianuas ecclesie quid hic agat interrogabis.

De fame in regionibus his in Julio

Aliud etiā miraculum qđ oculis nostris vidimus
ad vtilitatē eorū qui post nos futuri sunt; narran
dum esse credimus/vt sicut scriptum ē. Ponāt in
deo spem suā. & nō obliuiscant operū dei; & mādata ei
exquirāt. Julio em̄ mense; quo valida fames in his regio
nibus sua lege multos cōpellebat ieiunare. cōtigit & san
cti Philippi seruatoribus eiusdē obediētie periculo subia
cere. Nā ad manducandū subsidiū nullū. nec ad bibēdū
preter aquas liquidi fontis habebāt. Ea etiam penuria fra
tres cōtristati; de diuina seruitute murmurare ceperunt.
At ille qui inter eos primus esse videbat; pia supplicatiōe
ammonebat eos de diuina seruitute nihil minuere/vel

murmurare debere, atq; de dñicis dō cōtrinīs sumptis sens
tētīs occurrit eis/ita dicēs ad eos, Nolite inquit dicit dñs
sollīciti esse dicētes, Quid māducabimus aut qd bibem?
Scit em̄ pater vester coelestis quid vobis necesse sit,

De Virō. de pane et vīno Celico.

Tertia autē die postq; hec facta sunt: cū fratres an
te sanctū altare intēto corde & ore; horā tertiā de
cātarent, venit quidā medietatis vir/facie quide;
ignotus; adducēs in manibus equū; pane optimo & dul
cissimo/atq; clarissimo vīno onustū. Qd̄ ablatū; deposu
it sup sc̄m sepulchrum. Tunc interrogauerūt eū fratres:
quis aut vnde esset; vel quis eum misisset; Ille autē leniter
arridēs; r̄ndit, Nolite inquit de tali inquisitione multū in
terrogare, sed tm̄ oīpotenti deo, p̄ hac oblatiōe semp gr̄as
agite, Fratrum aut quidā sepatim suscipiēs eum; duxit de
cateris in secretum locum seorsum; & ait ad eū, Frater ne
celas me; quis aut cuius nūcius sis, quia fratres ob hoc id
te interrogāt quatinus nomē tuū vel dñi tui in libro vitæ
cōscribant, & memoriā vestri semp in oratōibus suis ob
tineāt, Nolite inquit, p̄ me intantū sollīciti esse, sed p̄ dei
timore & amore semp seruire conati vestro patrono dei
cōfessori Philippo, Ego autē suffultus dñi mei beneficio
vestri nō indigeo adiutorio. Cūq; nullo argumēto supe
rari posset; vt quis esset diceret, rogauerūt eū fratres vt de
presenti oblatione aliquid gustare debuisset, Sed & hoc
ille rēnuīt instāterq; recusauit Tunc coegerunt illum ob
summā charitatē dei & sancti Philippi; vt vel modicū bi
beret vīni, Quo sermone coactus vel supatus suscepit &
bibit, His ita trāfactis; resalutatis fratribus cūctis p̄ iter q̄
venerat transit, Sed nec postea nec prius vidit eū quispiā
n̄m in his regionibus, Vñ vsq; hodie miramur; quis aut
cuius esset nūcius, sed sicut speramus fuit diuinus.

¶ Conclusio

Hec parca de plurimis miraculis conscripta, ideo tantum retulimus quatinus per haec visibilia signa ad inuisibilia saepe hic a sancto Philippo spiritaliter facta & facienda, adhuc dubitatum obtusus; ad credendum acueretur animus. Sitque in his signis specialiter in singulis; & generaliter in cunctis; in trina persona / & in maiestate vna omnipotenti deo; retro a principio & modo / & in futuro interminata gloria / ultra omnium seculorum tempora Amen.

¶ Sequitur de vita vel actibus Abbatis

Beatus autem abbas Adalbertus qui haec omnia ut diximus spiritu sancti instinctu perpetravit, si vis scire; quis / aut unde esset attinge. Erat enim de pago Bliseni, nobili prosapia ortus, & in monasterio sancti Pirmini dei confessoris atque pontificis enutritus; ubi & fuit abbas ordinatus. Duxit autem vitam monasticam sub regula sancti Benedicti; nimium attentus sermonibus christi, Erat enim gemine dilectionis sine simulatione perfectus amator, odiens malum; adherens bono, indefessa sollicitudine subditos quasi pater filios diligens; in diuinis mandatis spiritu feruens ex toto corde domino seruiens. Ob spem future vite gaudens, In presentis vite tribulationibus patiens, necessitatibus pauperum communicans, utpote Christi discipulus, omnibus ecclesiasticis atque catholicis moribus institutus. Hic etiam cum talis ac tantus esset; a deo indita tetatio infirmitatis non abfuit. Nam sicut ignis aurum; ita deus in camino tribulationis examinat iustum. Et cum in patientia probatus fuerit; coronam quam repromisit ostendit. Hic etiam plurimo annorum spacio laboravit cum podagrigo dolore; ita ut ex sua virtute nihil potuisset incedere. Sed si certis horis ad ecclesiam venire voluit; illuc inter seruulorum brachia ducebatur, aut deportatur. Verum etiam sanctus Philippus sui amici beneficio; haud immemor ex-

titit sibi apud deū magna intercessione pius adiutor. Nā
idē Abbas eius sacris interueniētib⁹ meritis; postea ita sa-
nus effectus ē ac si nulla eius pedibus vnq̄ adhereret pes-
tis podagra. Quid em̄ aliter beatus Philippus facere de-
buisset; qui plurimis quasi indebitis medicinā dat sanita-
tis, abbati debitori suo largius nō daret dona salutis? Ibi
em̄ hac p̄cepta salute; ip̄e abbas cepit p̄ sua & aliorū inco-
lunitate vsq̄ ad finē dierū suorū deū p̄ sanctū suū Philip-
pum laudare. Cui nunc & semper honor & gloria; p̄ om-
nia seculorum tempora Amen.



Sancte Philippe ora pro nobis

Oratio deuota de patro- no huius Ecclesie.



O Egregie Confessor Christi Phi-
lippe: qui fuisti hic in terris deo gra-
tus; & in celis sublimatus Tuq; enim
eras animo constans, in opere dei se-
dulus & hilaris, oratione peruigil, in
humilitate deuotus, verbis pacificus
in factis honestus, corpore castus, in
charitate dei & proximi sufficiens. O cōfessorū princeps
Philippe fac me indignum famulum, N. in charitate dei
ita viuere vt corporalis voluptas non me auertat a Chris-
ti charitate; nec ambitio huius seculi me decipiat, nec in-
tristitiam desperatium redeam, nec leticiam immodera-
tam faciā. Sed exhibe me seruū tuum animo constātem,
in opere dei sedulum & hilarē, deuotum, honestū, castū,
& in fide catholica sufficiētem. O Philippe dei sacerdos:
qui egros curas, demones fugas, cecos illuminas, qui es
pius adiutor; & ab omni clade tutor. Precor tuam pieta-
tem / & immēsam sanctitatē; vt in mea paupertate; animi
fragilitate; mēbrorum debilitate mihi velis subuenire. &
ne sinas me perire vlla causa lesionis / aut peruerse suasio-
nis, a delictis mundus totus; sim cōtritus & deuotus / vt
in morte non pauescā, neq; reus erubescā; sed post hoc
exilium possim dei filium, cōtemplari cum beatis, in cō-
spectu deitatis. O Philippe noster patrone qui p dei po-
tentiam post obitū tuum in feretro es excitatus ppter be-
nedicere tuū socium dicētem. Heu heu pater; sine tua be-
nedictione iter agere nunq; consueui. Supplicō tue feli-
citati pie genibus flexis; puro corde manibus erectis / vt
tuam benedictionē erigas super me stantē, iacentem, dor

D

naientem, vigilātem, quiescētem, Et conserues me quacū
q; via directus fuerim. Etiam me protegas omnibus die
bus vite mee vt neq; spiritus nequā vel malus homo ad
uersus me preualeat, & intercessione merear cōsequi om
nium peccatorum meorum veniam sine fine Amen.

¶ Antyphona.

O Glorioso cōfessor inclite, O rubor rose signis odo
rifere, tu castitatis pudor extas niuee, tu charitatis lā
pas ardens gemine Philippe tuis insudantes preco
nijs a peccatis suis pijs solue suffragijs, Alleluia alleluia.
Verb. Ora pro nobis sancte Philippe confessor dñi glo
riose, Vt digni efficiamur p̄missionibus christi. Coll.

P Reclara domine sancti Philippi cōfessoris tui ex
oratiōe preuenti; presta quesumus; vt & iuste pe
titionis effectus, per fructum penitentie salutaris
celice hereditatis portio largiatur, Per dominum nostrū
Iesum christum &c.

¶ Item alia Oratio de eodem.

O Eus qui beatum Philippum Confessorem tuum
in feretro positum precibus socij excitasti, Exau
di orationes populi tui & da; vt eius sacris inter
uenientibus meritis, v̄calis ligni inuentione ad vitā exci
temur eternam, Per.

Officium misse de sancto Phi-
lippo confessore in Lellen. Cu-
ius dies sui Inuentionis ⁊ dedicationis est semp
tertia Mag: uidelicet die Inuentionis sancte Cru-
cis. ⁊ tunc sumentur Collecte ⁊ Secre. ⁊ Cōplē.
ut in officio.

Quasi iusti meditabitur sapiētiā et lingua
eius loquetur iudiciū lex dei eius in cor-
de ipsius uerū. Noli emulari in ma-
lignantibus neq; zelaueris faciētes ini-
quitatem. Gloria. Collecta in festo.

Deus qui beatum Philippum confesso-
rem tuum post obitum iacentem in fere-
tro precibus sorq; suscitasti: exaudi ora-
tiones populi tui ⁊ da ut eius sacris in-
terueniētibus meritis ad uitam exitemur eter-
nam. Per dominum.

Epistola Sapientie.

Dilectus deo ⁊ hominib; cuius memo-
ria in benedictione est. Similem illū fe-
cit in gloria sanctorū; et magnificauit
eum in timore inimicorū. ⁊ in uerbis suis mōstra
placauit. Glouificauit eum in conspectu regum.
et iunxit illi coronam populi sui. ⁊ ostēdit illi gla-
riam suam. In fide ⁊ lenitate ipsius sanctum fe-
cit illum. ⁊ elegit illū de omni carne Audiuit em̄
eum ⁊ uocem ipsius ⁊ induxit illum in nube. Et

D. ij

dedit illi cor ad precepta / et legem vite et discipline

¶ Gradale.

Domine prevenisti eum in benedictionibus dulcedinis / posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Vitam petiit et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi.

¶ Alleluia.

Alleluia. Iste est qui ante deum magnas virtutes operatus est / et omnis terra doctrina eius repleta est alleluia.

¶ Sequentia.

Laudet cantet letabunda mente voce tantiorunda Philippi solēnia. Hocq; mentis labio promat quod per linguam foris tonat iubilās ecclesia. In in eternuz festū mentis ritharizet applaudentis vocis tympanistris Laudes sonet vox sonora que Philippi potiora poscit beneficia. Ipsum parit mundo gratum in salutem presignatum felix mater anglia. Post ponentem terram gentem roma servat respicientem cuncta transitoria. Prouehit et veneratur olim sponsum prestolatur vite per insignia. O frustra roma letaris sola cella glouaris eiusdem presentia. Lampas ardet per virtutem multis indulget salutem larga indulgētia. Ad eum quē concupiscit manu mente vocē gliscit produnt hoc suspiria. Unde carne resolutus angelorum ope tutus transit ad celestia. Sācta ibi collocatur anima qua cōtemplatur deum in essentia. Salus egris lumen cecis surdis auris pels; claudis eius dat gratia. Ille noster tu pa-

trone tuq; summe iesu bone exules a patria & u
os seruos euocatos carnis fece defecatos trans
fer ad palacia Amen.

¶ Euangelium Scdm Mattheum.

F Ailla tempore. Dixit Simon petrus ad
iesum. Ecce nos reliquimus omnia et se
cuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Ie
sus autem dixit eis. Amen dico uobis qd nos q
secuti estis me in regeneratione cum sederit fili
hominis in sede maiestatis sue / sedebitis et uos
super sedes duodecim iudicantes duodecim tri
bus israel. Et omnis qui reliquerit domū uel fra
tres aut sorores aut patrem aut matrē aut uxo
rem aut filios aut agros ppter nomen meū: cen
tuplum accipiet / ⁊ uitam eternam possidebit.

¶ Offertorium

Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in
nomine meo exaltabitur cornu eius.

¶ Secreta.

Beati Philippi confessoris tui domine meritis /
ad celebrāda sanctissime crucis gaudia / nostrū
tibi sacrificiū reddat acceptum. Per. ¶ Cōio
Amen dico uobis qd uos qui reliquistis omnia et
secuti estis me centuplum accipietis ⁊ uitaz eter
nam possidebitis.

¶ Complenda.

Sacra domine beati Philippi confessoris tui de
precatio / per acceptum diuini sacramenti myste
riū / faciat nos inuente crucis vexillum semp
portare. Per dominū nostrum iesum christū ⁊c.

D iij

De Inuentione sancti Philippi

¶ Collecta.

Sancti domine cōfessoris tui Philippi supplica-
tionibus tribue nos foueri ut cuius venerabilē
solēnitatem celebremus obsequio: eius interces-
sionibus cōmendemur ⁊ meritis. Per

¶ Secreta.

Munera populi tui domine propiciatus intēde/
et beati Philippi cōfessoris tui: cuius nos tri-
buis colere/solēnia fac gaudere suffragis. Per

¶ Complenda.

Beati Philippi cōfessoris tui domine interces-
sione placatus: presta quesumus: ut que tēpora-
liter gerimus/ppetua saluatione capiam⁹. Per


¶ Itē Collecta in Cōmemoratione ipsius
Pecclara domie sancti Philippi cōfessoris tui ex
oratione preuenti: presta quesumus. ut ⁊ iuste pe-
titionis effectus / pet fructū penitētie salutaris
relicie hereditatis portio largiatur. Per.

Maieitati tue p̄sens oblatū in sancti ¶ Secre.
Philippi cōfessoris tui cōmemorationē deferim⁹
dñe iesu ch̄iste. q̄tinus in charitate tui nois et fi-
dei constantia ita perstemus / ut non a promissa
tue glorie sequestremur. Per. ¶ Cōplenda

Sūptis dñe ad sancti Philippi cōfessoris tui cele-
buitatē mysticalibz sacramētis / p̄sta q̄s: ut a pec-
catis n̄ris radicaliter expiati / diuine pietat⁹ sua
nificū māna essentialit degustem⁹ Dñm n̄m te.

Oratio.

Domine Jesu christe dispone misericordissime de salute mea q̄ in te est. Qui vivis ⁊ regnas de. p̄ o. se. se.



Impressum in Oppenheim.
Anno 1516.

16